R$^{de}$ Domine, Sanctitas Domini nostri Papae non probat modum illum benedicendi cruces per contactum crucis benedictae; sed tamen cupiens gratificari domino comiti,et aliis piis hominibus, vivae vocis oraculo,me presente, benedixit duodecim cruces concedens illis indulgentias Sancti Caroli. Quas cruces illas esse voluit,quas R.V. istic accipiet et dabit aliis illas habere cupientibus, sive pecuniis illorum, sive tuis emptae fuerint. Vale, et pro me ora.

Datum Romae,die 4 Decembris 1612.

R$^{dae}$ D.tuae

amicus ex animo

Robertus Card.Bellarminus.

R$^{do}$ D$\overline{no}$ Michaeli de Freires presbytero Lusitano Egitaniam in Lussitania.

---

Arch.Vat. Mss.Gesuit.18 fol.67. Ex